

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theol. D. Profess.
& Eccles. Ad Exequias, quas Maritus moestißimus Dn. M. Georgius Dasenius
Philosophiae Moralis professor celeberrimus Ad hodiernam medium primam in
templo Jacobaeo paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives Academiae
amanter invitat**

Rostochii: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in
E. Holstein

G. Dase.

Elisab. Holstein ux.

Rost. 1632.

20



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744397X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744397X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744397X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X/phys_0004)

DFG



RECTOR

Academie Rostochiensis

123

JOHANNES QUISTORPIUS

S. S. Theol. D. Profess. & Eccles.

Ad

Exequias,

quas

Matronæ p[re]d[omi]nante

Maritus mastifimus

DN.

M. GEORGIUS
DASENIUS

Philosophiæ Moralis professor
celeberrimus

Ad bodiernam medium primam in templo
Jacobæ paratas cupit,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demiae amanter invitati.



ROSTOCHII,

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXII.

RECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theol. D. Professor
& Ecclesiast.



Uantæ, quamq; variæ,
homines, quantisper vi-
tam hanc mortalem vi-
vunt, miseriæ exerceant,
nec lingua eloqui, nec ca-
lamus exprimere potest.
Si quis solos morbos, qui
corpus fatigant, sibi recensendos sumat, citius
illum nomina quib⁹ singulos indigitare debet,
quam morbi subinde novi propullulantes, defi-
cient. Augethinc hominis miseriā, quod cum
bruia animalia longe plurima, quæ suis morbis
antilota opponere debeant, natura duce sci-
ant, solus homo morborum suorum remedias
ignret. Cervi pastu dictamni excutiunt cor-
poris sagittas: à phalangio percussi, cancrorum

A 2

esu

esu sibi medentur. Lacores & serpentibus iactantur, herba quadam se refovent. Hirundines, vexatis pullorum oculis, chelidonia succurrunt. Testudo cunicula pastu, vires adversus serpentes reficit. Mustela in murium venatu, ruta se confirmat. Ciconia origano & hedera apri sibi medentur in morbis, item cancrorum esu. Anguis fœniculi succo abijcit exuvium. Draco, vernam nauseam sylvestris lactucæ succo iestinguuit. Pantheræ, adversus aconitum, hominum excrementis sibi medentur. Elephas Chamæleonte fronde (nam similis est animali color) devorato. Ursi, cum mandragoræ nala degustavere, formicas lambunt. Cervus venenatis pabulis herba Cynare resistit. Palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant. Idem faciunt columbae, turtures, gallinacei herba, quæ vocatur Helxine. Anates, anseres, cæteræq; aquatica herba sideritæ. Grues & similes, junc palustris. Corvus occiso Chamæleonte, qui etiam viatori nocet, tauro infestum virus extinguit. Breviter, nullum est animal, quod non intelligat sua remedia, homo nescit unde corporis remedia petere debeat, ut ex Aristotele & Plinio magnis naturæ mystis docet Erasmus. Quæ cum ita sint.

Non

Nō s̄ est in meaico semper relevetur ut agi

Experta id re ipsa est Elisabetha Holstein.

pietate, modestia, rei œconomicæ scientia, &
in superandis morbis patientia commendatis-
sima fœmina, cui jam justa fiunt. varij Hanc
morbi per integros viginti quinq; annos conti-
nuos miserrimam habuerunt, à quibus, multi-
farijs adhibitis, à doctissimis medicis antidotis,
ante supremam vitæ horam liberari non potu-
it. Nata illa est hic Rostochij, superioris secu-
li anno Christi Juliano Dionysiano 1573. die de-
cembris tertio, ex pijs & honestis parentibus.
Patre Dn. M. Johanne Holdsteinio Lubecensi
Viro Clariss. & Doctissimo, Philosophiæ apud
nos moralis professore dignissimo & Academiæ
nostræ, per annos bene multos, Secretario in-
dustrio. Matre Helenæ Craimejera fœmina le-
tissima, & omnium matronalium virtutum
decore conspicua. Quæ Avos, proavos, & ma-
iores numerat ex nobilissima & præclara Cra-
mejerorum apud Uratislavienses familia. Fi-
liam hanc suam parentes, ut ab ineunte ætate,
pietatis præceptis imbuerunt, castè pudicèq;
educarunt, ita & illam familiæ regendæ assue-
fecerunt. Cum annum ætatis vicesimum se-
ptimum explevisset, nuptias ejus Clarissimus

A 3

& Do-

erissimus vir Dn. *VI. Georgius Iasonius*
Iosophiae apud nos moralis Professor exi-
mus, ambijt & exambijt. Cujus ipso die 20.
Julij Anno reparatae salutis 1601. Deo ita mode-
rante, & parentibus, alijsq; quorum consensus
requiritur, consentientibus, thalamos ingres-
sa est. Conjugium inter hos maritatos per il-
los ipsos triginta & unum annos quibus con-
vixerunt, & concors & fœcundum fuit. Ita e-
nem vixerunt, ut rixæ conjugum animos non
dividerent. Et Deo benedicente quatuor ex
se filios natos cernerent. Quorum tres *Johan-*
nes Georgius & Nicolaus, paucos ante annos,
fatis concedentes matrem ad cœlestia præces-
serunt. Quartus, isq; nunc unicus, adhuc su-
pereft, Eruditus, ac elegantis Ingenii Vir Iuve-
nis *Joachimus Dasenius*, qui illud ipsum quod
avus maternus & Avunculus Secretarius Academici
sustinuerunt officium, non minori
cum laude & industria gerit, Mæstissimi patris
solatum unicum, & spes generis.

Denata hæc nostra, quamvis pie,
suaviter, & concorditer cum mari-
to suo vitam traduxerit: casti podo-
ris decus amaverit, maritique obser-
van-

vantissima fuerit: tamen nec suis con-
jugij tempore caruit difficultatibus:
Per totos quippe ultimos vitæ annos
viginti & quinq; cum continuis & va-
rijs conflictata est morbis, scorbuticis
& febrilibus cum primis obnoxia pa-
ssionibus: His, die 26. Februarij hujus
anni, arthritijs, & vehemens tussis se as-
sociarunt, quos tortores vehementes
insecutus est horror febrilis, qui per
inæqualia horarum intervalla, jam an-
te à morbis vexatissimam, infestavit.
Conjuncti hi hostes, jam ante exhau-
stas corporis vires, pie denatae nostræ
plane prosternarunt, & eam nudius
quartus intra sextam & septimam ve-
spertinam vita exuerunt. Egregiam
sane morbi tot tamq; validi hostes, vi-
ctoriam reportarunt. Vix ossibus ha-
rentem superarunt, vita miseriарum
plena,

plena, privarunt, & ut in illam transiret
vitam effecerunt, ubi à morborum o-
mnium & ærumnarum insultu libera-
ta, beatorum mista cætui, nunquam
desitura carpit gaudia. Exuviax cor-
poris hodie media prima in templo
Jacobæo terræ matri redditur, ad
quas eo deducendas, ut Academiæ Ci-
ves frequentes convenient, eâ quâ par-
est diligentia hortor & moneo P. P.
Rostochij 26. Martij Anno 1632.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744397X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744397X/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744397X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X/phys_0015)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744397X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744397X/phys_0016)



wantissima fuerit: tamen n
jugij tempore caruit dif
Per totos quippe ultimos
viginti & quinq; cum cont
rijs conflictata est morbis,
& febrilibus cum primis ob
sionibus: His, die 26. Febr
anni, arthritis, & vehemens
sociarunt, quos tortores v
infecutus est horror febril
inæqualia horarum interval
te à morbis vexatissimam,
Conjuncti hi hostes, jam ar
stas corporis vires, pie dena
plane prosternarunt, & ea
quartus intra sextam & sep
spertinam vita exuerunt.
Sane morbi tot tamq; validi h
ctoriam reportarunt. Vix o
rentem superarunt, vita m

